



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Cur non omnes viri illustres, & Sancti, huic præsentì libro appositì. cap. XCVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

duobus præcedentibus, idè in præseptiarum pauca attuli, quod primus, S. Ioannis Hierosolymitani, scilicet, iam ab Ordine nostro discretus sit; secundus Templariorum ex toto abolitus.

Cur non omnes Viri illustres, & Sancti huic presenti libro appositi. Cap. XCVII.



HEC, quæ de Ordinibus diuersi habitus, sub Regula Diui P. N. Benedicti viuentibus, eorumque Generalibus, & Viris illustribus, scriberem habui. Non ignoro tamen plures alios Viros sanctitate conspicuos, & doctrina venerabiles fuisse, qui ad meam notitiam non perueniunt, tum quod Historijs huiusmodi Ordinum destitutus fuerim, tum etiam quod nec litteris, nec amicitia, quod iuste & pie ab alijs optabam, extorquere potuerim. Quis enim adeo iudicij inops reperiatur, ut putet unum Cisterciensem Ordinem toto Orbe famosissimum, & sanctis Viris in illo feracissimo Sanctorum, Diui Bernardi, seculo repletum, cuius Virorum Monasteria quater mille, Mulierum sex mille numerum excedebant, ad tantam inopiam redactum, ut ad summum triginta aut quadraginta Sanctis (plures enim reperite non potui) contentus uideatur? De Scriptoribus Ecclesiasticis, aut Prelatis non loquor, quorum tanta fuit multitudo, ut beata illa Ecclesia reputaretur, quæ aliquem illius Ordinis Monachum Pastorem sibi deligere poterat, ut egregie prodit Franciscus Belforestius in magnis Annalibus Franciæ, lib. 4. cap. 5. Sufficiat mihi incepisse, alijsque uiam aperuisse felicius perficiendi, quod a me, ut opinor, nec infeliciter tentatum est.

FINIS LIBRI PRIMI.

I LIGNI